

**FRAN. PETRARCH.**

Item suspectum reddere, quasi incognitum, sciscitatus erat qua arte se regeret: Gallam, inquit, calco. Galla autem Sutoris instrumentum erat, qua æquiuocatione nominis, inter vanam artis suæ professionem, & interrogantis ignominiam, mordaciter lusit.

**FAVSTVS L. SVLLÆ F. ET**

**CATO CENS.**

**S**VLLÆ filia duos simul adulteros habebat, Pompeium quendam cognomento Maculam, & Fulvium, Fullonis filium, lusit in dedecore domestico Faustus sic: Miror, inquit, sororem meam, cum fullonem habeat, maculam habere. Nec Catonis censoria asperitas, iocorum talium expers fuit. Sacrificio utebatur antiquitas, cui Proteruia nomen erat, ex quo quicquid ibi sacrificantibus restabat, ignibus tradebatur. Albidius quidam nebuloso, patrimonium omne deuorauerat, domum solam quæ gulæ supererat ignis absumpserat, fecisse Albidium Proteruiam iocabatur Cato, cuius nomen Catonis Uticensis memoriam reuocat, & rei quam illo inspectante potuisse contingere, vehementer indignor ac stupeo.

CA.